



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

26 de ipsa Decimatione, Modo, & Tempore decimandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

potissimum cum alia iura episcopalia a decimis præbeantur prælati, & onera ecclesiarum sint præpositorum earundem clericorum que sit unicuique expresse vel tacite renuntiare iuri in fauorem sui introducto, *si quis in conscribendo. C. de pat. & de episc. & cleric. Quare potest & hoc ius donare episcopus ecclesiis si habeat.*
 10 *can. sin. 12. q. 3.* ¶ Dabantur itaque portiones antiquitus episcopis ex decimis, & mortuariis, & oblationibus, *Clam dudum. de sepult. c. cum super. de sepul. l. 3.* quæ subit singularum ecclesiarum suarum dioceseos, ordines cõferendo, christiana conficiendo, basilicas dedicando, moniales cõserando, prædicando, & id genus alia faciendo, quæ videbis apud Speculatorem, in §. 1. de stat. monachor. & Bertachinum. tracta. de episc. 4. part. num. 40. Quodque tunc essent episcopi pauperes, nec proprii redditus ad sumum sufficerent. Quæ cessante nunc causa, & illorum proventibus auctis, portiones illis præstari solitæ, relictae sunt propriis vîsibus, & reparationi suarum ecclesiarum, *cap. p. r. c. quidem canonib. & c. vno. 10. quæst. 3.* Nec omnia tempora eandem habuerunt regulam, cum & p. r. c. temporibus nondum diuisa Dionysio decimis, decimæ & oblationes Christianorum solum darentur episcopis, vt eas distribuerent viduis, egenis, & egentibus clericis ex constitutione apostolorum, *Clemens lib. 2. consil. Apostol. c. 29. & cap. videmus. 1. 2. quæst. 1. facit c. 2. actuum.* Et aliquando, vt alibi docemus, iidem episcopi & presbyteri. Ceterum istæ portiones episcopis olim datæ, non decimæ decimarum sed participatio decimarum & oblationum, veluti ea quæ a monasteriis, in quibus parochianus eligit, *cap. 1. & cap. his qui. & c. in nostra. c. certis. cap. cum super. de sepul. sepulturam,* ecclesiis præbentur parochialibus, non sunt vere decimæ decimæ, sed portiones. Nominum enim est genus decimarum, vt clericis paribus, a paribus clericis, decimas exigent ex decimis, *c. 2. de decim.*

De ipsa Decimatione, modo, & tempore decimandi. Cap. 26.

- 1 De quota decima, & quomodo vera decima minus potest transacione, & consuetudine.
- 2 Quomodo granum in palea solui debet.
- 3 Quo tempore solui debent personales & prædiales, & de deductio- ne, quæ sit ante solutionem decimarum.
- 4 De quantitate soluenda in decimis vtique, prædialibus, & personalibus, & quod de minutis non solet exigi.

ITE COMMUNI integre decima, vt dictum est, de singulis rebus debetur. Veruntamen interdum minus præstatur, nempe vel vicesima, vel alia pars ex conuentione seu transactione parochianorum, & curionis, vel eius qui exigit: illa enim transactio permittitur, vt & illa, ne de aliquibus rebus præstetur decima, vt de minutis seu aliis, *c. 3. & c. veniens. de transact. cap. nuper cod. Panorm. in c. delecti. eod. in fine.* Dimittitur namq; decimæ veræ, laicis consensu episcopi fieri proculdubio potest, si accedat & temporis interuallum, quod illud firmauerit, *Innocent. & Decius, in cap. venerabilis. de confirmat. vtil. vel inutil. at remissio aliquorū decimæ non valet, nisi solo confirmante summo Pontifice, qui solus a decimis soluendis eximit, c. venerabilis, & ibi Par. de consim. vtil. vel inutil.* Neque alienum a iure est, pro decimis præteritis fieri transactionem, quia debentur, & estimari possunt pecunia, *cap. super cod. de transact. at de futuris, nec dubium valere quædam transigens vixerit, c. 3. & cap. veniens. de transactio. non postea, nisi auctore summo Pontifice, & nisi quædam dentur alia ecclesiæ in remunerationem ratione permutationis, cap. ad quæstiones. de ver. permutat. potissimum si spirituale spirituali, videlicet cum iure decimarum, permutetur, c. in super. de transact. Consideranda & consuetudo seruata in loco decimarum, & sequenda, c. aliquibus. & ibi Innocent. & c. apostolica, de decim. Ioannes Andr. in c. de decimis. in 6. c. ecclesiar. 13. q. 1. Guido Papa. singul. 456. ¶ Iure tamen communi decima granorum, quæ palea habent, in palea debet solui, quia palea est in fructu, *Specul. in tit. de decimis. §. vno. Guido Papa. singul. 703.* eaque fructibus statim collectis, c. cum homines, de decim. quia scriptum, decimas & primitias tuas nõ tardabis offerre. Exodi 22. ¶ Personales tamen sunt soluendæ in fine anni secundum interpretes, *glo. in c. reuertimini, in verbo annus. 16. q. 1. Pan. in c. peruenit. de decim. Et s. r. c. 10. in fin. vt prædiales, frugibus collectis, vel consuetudo, si alia sit, sequenda, vt ait Collecta. in cap. cum homines, de decim. In personalibus tuius duco statim solui & separari. Prædiales prius soluntur, quam census prædii domino, nam & ab illo accipiuntur, *cap. cum non sit. 3. de decim. & prædiales quidem***

non deductis expensis cultura, vel collectionis, feminis, vel similibus, c. cum homines. c. 7. c. non est in potestate. cap. 22. cap. tua nobis. 26. de decim. personales autem admittunt quandam expensarum subductionem, *cap. pastoralis officii. c. 28. eo de decim. ¶ Quæ quid decimum t venerit de his, quæ transeunt sub virga patris, si alia non sit consuetudo, siue bonum, siue malum, decimarum nomine erit, Leuit. 27. canon. omnes decime. 16. q. 7. & decimum natum. In personalibus decimis valet etiam consuetudo, vt modicum pro illis soluatur: licet enim non detur integra, tamen ex dato honoratur Deus, *Rebuffus in tractat. de decimis. q. 13. num. 44.* Quamquam decimæ personales hodie non sint in consuetudine secundum Abbatem, *Abbas, in cap. cum sint homines. in 1. col. 2. de decim. Boerius in §. 12. de consuet. præd. in consuetud. Bivrig.* Sic dicunt interpretes, consuetudinem non soluendi decimas integras valere, quia dando quicquam pro decima, præceptum Dei impletur de soluendo, *Junoc. Pan. & alii in cap. in aliquibus, per illum v. x. de decim. vbi non sequitur contrariam sententiam Hostien.* Sic laicus potest præscribere decimas in quota, vt non soluat integram: sed vel duo decimam, vel vicesimam, vel aliam partem, c. commissum, cap. d. l. l. i. cap. cum sint. & cap. in aliquibus de decim. Sicque iura, quæ dicunt soluendas integras decimas, intelligenda sunt, de integritate solita, & non deductis impensis, d. c. commissum, de decim. *Barbat. in cap. Raynaldus. col. 6. 1. de testam. vel si aiter se non habeat consuetudo, vel præscriptio, Rebuffus, in tract. de decim. quæst. 13. num. 58. nisi curio indigeret, vel ex quota consueta vivere non posset, tunc enim perire posset integram decimam, Angel. de Clesasio, in verbo, decima. num. 1. Imo tunc & personales exigere, Hostien. in c. in aliquibus. in fin. de decimis. non enim qui feminat spiritualia, temporalia necessaria neganda sunt, vt ait D. Paulus, 1. ad Corinth. 9. Ita absolute non potest vlllo tempore, etiam cuius non existat initi memoria, nec vlllo modo præscribi ius non soluendi a laicis vllas decimas, quotæ potest, c. causam & ibi Abbas & Felin. de præscriptio. & Barbat. consil. 15. in cap. sapiens, col. 6. can. decima. 16. quæst. 1. & ita iudicatum, Guido Papa. q. 284. Hostien. in summa. de decim. Sustinentur porro consuetudines, & probatæ censentur tacite a summo Pontifice, vt decimæ relinquantur in agro, dummodo moneatur curio antequam separentur: vt non soluat de quibusdam minutis decimæ, dummodo sit præscriptio, cuius non existat initi memoria, vide *Rebuff. tract. de decimis. q. 13. num. 50. & 51. & 53. vide Nicol. Boer. in §. 12. de consuet. prædio. in consuetud. Bivrig. Cardin. de Zabarellis, consil. 146.* Et in Gallia ex constitutione Philippi Augusti, anni 1304, non possunt exigi decimæ de rebus minutis, de quibus antea nunquam probantur exactæ, vt & sepe indicat, *Boerius in d. §. 12. & Papo in ras. s. d. arest. 5. & in postrema parte styli par. l. m. Anfrerrii. existat consuetudo Philippi, 4. tit. de deci.***

De alia specie Decimarum, quæ separabatur a bonis per laicos. Cap. 27.

DIUS Hieronymus super Ezechielem meminit de alia specie decimarum, quas vnusquisque de populo Israelis separabat, vt comederet eas, cum iret in templum in Hierusalem, & in vestibulo templi sacerdotes & Leuitas inuitaret, c. 1. de deci. can. ecclesiar. §. item cum decima. 13. q. 1. Forsan in locum istius moris successerunt conuiuia, quæ pii homines solent anniuersariorum nomine, sacerdotibus, & ecclesiasticis personis exhibere, postquam vna preces fuderunt.

De bonis ecclesiæ temporalibus extra decimas & primitias. Cap. 28.

- 1 Consuetus error eorum, qui adimunt Ecclesiis alia bona temporalia, quam decimas & primitias.
- 2 Historia & tempora successus, quomodo in ecclesiam pertineant bona temporalia: & de constitutionibus, quibus bona ecclesiis conseruata sunt, & de bellis eorum causa.
- 3 De comite Cabillonensi capto a demone, quod ecclesiastica bona vsurpasset, & de pœnis rapientium bona ecclesie.
- 4 Reuicchio exemplorum rapientium bona ecclesie.
- 5 De immunitatibus rerum ecclesiasticarum, & qua onera præstent.

PLURES sunt, tamen qui pertinaciter contendunt, personas ecclesiasticas vlla bona temporalia alia possidere non debere, quam primitias & decimas. Fucum addunt, quod dum terram promissam adeptus est populus Hebræus, eaque diuisa est inter tribus,